



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Præceptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Tactus impudici inter coniugatos cum probabili periculo pollutionis sunt mortales. num. 42.

Aspicere fœminam nudam, vel fœminam virum nudum cum periculo pollutionis, est mort. cap. 26. num. 28.

P R A E C E P T V M.

Præcepta decalogi continent venialiter non tamen expressè omnia, quæ facienda sunt, & expressè summam eorum. cap. 11. num. 1. Atque perseverant adhuc in lege Evangelica. num. 2.

Quicquid est contra præcepta decalogi regulariter est mortale, nisi excuset defectus deliberationis, vel paruitas materiae, vel defectus iustitiæ. num. 4.

Præceptum de diligendo Deum, de fide, & de charitate, non continetur in Decalogo, sed præsupponitur. Prohibetur tamen in primo præcepto expressè Idololatria, & superstitio. num. 5.

Omnia præcepta decalogi possunt impleri quoad substantiam, ab existente in mortali. num. 23.

Præcepti finis non est in præcepto. cap. 13. num. 2.